

Isti q̄q̄ uasa corporis & sanguinis domini diaconibus ad altare offerūt. De quibus quidem placuit patribus vt q̄a sacra mysteria contrectant, casti & cōtinentes ab uxoribus sint, et ab oīni carnali īmūdicia liberi, iuxta quod illis propheta docente iubetur. Mundamini q̄ fertis uasa domini. Hi ergo cū ordinant̄ non suscipiūt manus impositionē sicut sacerdos & leuit̄, sed patenā tantum et calicem de manu episcopi. & archidiacono cip̄um aq̄ uecum aqua, mantile et manutergium;

### DE ACOLYTHIS.

Ca. IX.

A Colythi, οκολυθη, grēce latine ceroferarij dicūt a deportandis Cereis, quando legendum est Euangelium, aut sacrificium offerendum, tunc enim accenduntur luminaria ab eis & deportant̄, non ad fugādas tenebras, dum sol eodem tempore ruit, sed ad signū lēticij demonstrandū, ut sub typo luminis corporalis, illa lux ostendāt, de qua in euāgelio legit̄. Erat lux uera, quę illuminat omnē hominem ueniente in hunc mundum, quorū typum preferebant illi, qui dominī mandato in tabernaculo lucernas quottidie accendebat, super candelabrum positas.

### DE EXORCISTIS.

Ca. X.

E Xorcistę, ξορκιστα, ex grēco in latīnū adiurātes seu increpantes uocantur. Inuocat enim super catecuminos, uel super eos qui habent sp̄iritū inmundū nomen domini Hiesu, adiurātes per eum, ut egrediatur ab eis. Refert Iosephus, regem Salomonē excogitasse, suamq̄ gentē docuisse modos exorcismi, id est adiurationis, quibus immūdi sp̄iritus expulsi ab homine, ulterius reuerti non sunt ausi. Testatur & de eis liber actus apostolorum, ita dicens, Tētauerūt aut̄ quidā, & de circūeūtibus Iudeis exorcismis inuocare

DELECTORI  
Ecclesia legendi  
voca, illi preda  
Inuocat ut enor  
derum. Licer et quid  
cōstat ut quoddam  
et dicit, dem etiam si  
quoddam et dicit, si



nomen domini Hiesu. & cetera. Inuenimus eos quos  
Hesdras actores memorat templi, eos nunc esse exor-  
cistas in ecclesia dei. fuerunt enim sub Hesdra actores  
templi. seruorum Salomonis filij, qui actum templi totius  
sub cura sua haberent, non tam sacerdotalibus officijs  
ministrarent, aut sacris oblationibus deseruerint. Nulla  
ergo aliam curam habebant actores templi, nisi ad sarta  
recta reficienda. ut quemque fuissent ueterata in edificatio-  
ne templi aut delapsa, per eosdem actores de thesauris  
dominicis resicerent atque excoleverent. Ergo exactores  
templi, exorcistae sunt in populo dei. Quomodo enim  
actor prudens & bonus, scit quid sit domini sui census.  
& omnis substantia modus, et redigit apud se totius  
possessionis instrumenta originalia, sic exorcista redigit  
in sua diligenteria totius regni domini secreta. ut memorię  
mandet de scripturarum sacramentis, unde exerceat  
scilicet donum, quod illi est a spiritu sancto concessum  
secundum apostoli preconium. Exorcistas enim memo-  
rat apostolus cum dicit. Nunquid omnes donationes  
habent sanationum? His enim cum ordinatur accipiunt  
de manu Episcopi, libellum in quo scripti sunt exorcis-  
mi, dicente eis Episcopo. Accipite et commendate me  
memorię, & habete potestatem imponendi manus super  
energuminosos siue cathecuminosos, ut imperatis immu-  
dis spiritibus, & abiiciatis.

## DE LECTORIBVS.

Ca. XI.

Ectores a legendō. Psalmistę a psalmis canēdis  
I uocati. Illi prēdican̄t populis quid sequantur.  
Isti canunt ut excitent ad compunctiones anōs  
audientium. Licet et quidam lectores ita miseranter  
pronunciant, ut quosdam ad luctum lamentationemque  
compellant. Idem etiam & pronunciatores uocantur.  
quod porro adnūciant, tanta enim & tam clara eorū

c. iiij